

¶ Appendix secũda.

Dato solido parallelepipedo æqualem cubũ cõstruere. Sit ergo datum solidum parallelepipedum a b c d. cuius latitudo a b. altitudo b c. lõgitudo c d. iam oportet ipsi a b c d. solido æqualem cubum constituere. ipsi⁹ igit̃ a b c. plani per vltimam propositionẽ libri secundi elementorũ Eucli. latus tetragonicũ inueniat̃. hoc est linea recta cuius quadrat⁹ æqualis sit. a b c. plano. quæ quidem linea recta sit e. atq; per aliquod p̃missorum theorematũ inter e. et c d. rectas lineas binæ proportionales inueniantur f g. Aio quod cubus ipsius rectæ lineæ f. æqualis est dato parallelopipedo a b c d. Quoniã per corolariũ propositionis xix. li. vi. elemen. Eucli. quadratus. ipsius f. ad ipsius e. quadratũ est vt c d. ad f. & quia p propositionẽ xxxiiii. libri vndecimi elementorũ. Solida parallelepida quorũ bases altitudinibus sunt reciprocæ sunt æqualia. Igitur cubus ipsius f. rectæ lineæ solido parallelepido dato a b c d. æqualis est. Ergo solido parallelepipedo a b c d. dato, cubus ipsius f. rectæ lineæ æqualis constituitur, quod oportuit efficere.

¶ Corolarium.

Hinc etiam liquet q̃ lateratis columnis, quarum quæ ex opposito plana parallela, & plana alia parallelogrãma per hanc appendicem secundam haud difficulter cõuertuntur in cubos. Nam parallelepipedũ habens pro basi quadratũ ęqualem basi columnæ lateratæ, & eidem columnæ æqualem altitudinẽ est æquale eidem columnæ.